

# Observationes von dem Gen. Professor Holm.

40 12 19  
70 2 10

70 2 10  
89 57 49

|                                                               | Poli. Grad      | min. u. Sec. | Zeit                |
|---------------------------------------------------------------|-----------------|--------------|---------------------|
| Ganz Dänemark ungefähr 20000<br>Ellen W. N. von Nord Cap. Lin |                 |              |                     |
| Observation von der Sydlige Eyr                               | 71° - 0' - 12"  | 7 gr. 3. W   | 12 Juny 1766        |
| Kielvig Riden - - - -                                         | 71° - 0' - 12"  | 50. 50'      | 15 Juny 66          |
| Hammerfest Riden - - -                                        | 70° 39' - 40"   | 6 - 50       | 18 April 65         |
| Falvig Riden - - - -                                          | 70° 2' - 30"    | 6 - 50       | 22 Juny 66          |
| Skiervæ Riden in Tromsø                                       | 70° - 2' - 10"  | 7° 0         | 9 May 68            |
| Dyøen in Serien. 12 a 14000 f.                                | 69° 34' - 10"   | 10° 15'      | 16 May 68           |
| 18 W von der Riden - - -                                      | 67 - 52' - 30"  | 10 - 0       | 23 Sept. 62         |
| Grøden 1 mil von Stegen                                       |                 |              |                     |
| Landsk. 1 mil von der                                         |                 |              |                     |
| Landsk. Torghatt auf                                          |                 |              |                     |
| Gneislandt - - - -                                            | 65° 26' 20"     | 12° 52       | 25 May 68           |
| Skorpen 2 a 3000 NW von                                       |                 |              |                     |
| der mitter der Stat Christiania                               | 63° 7' - 28     | 16° 30       | 28 May 68           |
| Waldenborg 1 mil von der                                      | 62 - 30' 6"     | 16° 54'      | 31 May 68           |
| Flaatter 1 mil von der                                        | 62 19' 3"       | 20 - 40      | 1 Juny 68           |
| Lin S.W. von der Stat-Gård                                    | 62 - 12' 15"    | 19° 10       | 3 Juny 68           |
| Lin 1 mil von der Bergen                                      | 60 - 23 - 40    | 19. 20       | 8 Juny 68           |
| Lin 1 mil von der Bergen                                      |                 |              |                     |
| und 1 mil von der Bergen                                      |                 |              |                     |
| Brady Lyderhorn - - -                                         | 60° - 22' - 25" | 19. 20       | 8 Juny 68           |
| Hvaløer Riden 1 mil NW von                                    |                 |              |                     |
| Strømstad in Bergen.                                          | 59° 1' - 35"    | 16° 25       | 17 Nov. 68.         |
| Christiania Riden - - -                                       | 59° 54' 50"     | 15. 15 -     | 27 Oct. 67.         |
|                                                               |                 | 16. 45       | 15 a 30 January. 69 |

15.000  
20000  
30000  
6000  
1/5

ii. o.

63.24  
2.43

63.11  
6.13  
2.58  
12

Lin 2 misserisungen in Christiania von Octobr 1767 und January 1769  
nachdem bekannt, daß die misserisung ist in 14 Tage von der Nord  
12 gr. 3. W. folglich fastlich an der Stat Christiania 12 minuten  
die fastliche Veränderung der magnet nader ist eine subtilitet von drei  
nütz in der Compasen der Zeit, aber von der Zeitung der Zeit lang  
mit gewisheit sagen, daß die größte Veränderung auf der magnet



Nachher 6 Decimal Raum Lang mit 10000 Löff und 10000 gung zu 15 Löff  
17 minuten in 10000 gung, da in 10000 Löff nicht 10000 gung.



Plurimè Honoris, ac Eximie Dilectionis  
 mihi Singulariter Colitur!


Plonia, et felicitati ducere singulari, si Arcidium  
 nostrum pervenisset. Dujusmodi documen-  
 tis instructum, providendum esset, quod ad  
 diluendam Regni, gentisq; nostrae hi-  
 storiam quò quò modo servire possent; sed  
 posteaquam Monasterium istud inde à  
 primæ sui fundatione, quovis seculo,  
 aut exustum, aut spoliatum, aut penè  
 funditus eversum esset, post eadem  
 verò Modavianam extincto in Hunga-  
 ria ordine Benedictino per 100. fere an-  
 nos vacuum manderat; miranti instar  
 ex adverso haberi deberet: ~~quid~~ si vetu-  
 sta Dujusmodi documenta istis conser-  
 vari potuissent? Nos quid quid habemus,  
 à Camera Regia Hungarica recepimus,  
 et si quid ex ejusmodi literaribus instru-  
 mentis olim ad Arcidium nostrum spectan-  
 tibus adhuc super esset, ibidem requirendum erit.  
 Comendo me estimatissimis affectibus,  
 ac maneo

Præsit Dilectio

In S. Martino die 18. Aug:  
1777.

Secundò obsequium  
 Daniel Lomox Ar-  
 chi-Abbas







4  
Responde in Christo Dater

Nudius testis est, ex quo Procancelarius Universitatis n<sup>re</sup> Cenjontano, Bl. G. et Magnif. D.  
Gallus Wegeter mihi emphaticè exposuit mentem S.<sup>ae</sup> V.<sup>ae</sup> de fama celebris Iustici nostri Petri Anich  
divulganda etiam publicis typis, postestim cum Saxones alio quodam eiusmodi Iusticio ita glorientur p.  
opportunius mihi nihil contingere poterat. Ipsiusmet eius opinionis etiam, et multi mecum alij, ut  
id fieret, optabant. Sed quos potissimum manus et operam suam adhibere decuerat, tanto languore et  
frigore tenentur, ut iam penitus desperem id per me fieri posse. Jam exeunte Augusto dum Petrus  
Anich adhuc in vivis erat, ad petitionem Bl. Rev. et Grat. D<sup>ni</sup> Abbatis de Marci, Viennensis aulici  
Musei Experimentalium et Naturalium Directoris, pleraque eorundem, quo scripta hiscè includo, tunc con-  
scripseram, et incunte Septembri ad eundem cum liberis misit; subiunxi interea bis alias literas,  
sed responsum nunquam accepi, fors tamen adhuc accepturus. Obluli hoc ipsa, novis accedentibus  
aucta, Profidi Confessus thuiatis literarij; etiam ex parte ut satisfaceret S.<sup>ae</sup> 39.<sup>a</sup> Reformationis  
Martiniane: qui per 18. dies retenta tandem restituit, quaderis, ut Viennensibus Novellis inferi-  
curem, et in Cenjontanis novellis ad Viennenses me referam. hinc mihi manus iam quasi ligata  
fuit ad ea, quo cogitaveram perficienda; si enim Excel<sup>l<sup>ti</sup></sup> Guberniū interpellare, a quo agere obtinui  
50 fl. pro Epitaphio, remideret me ad Profidem Confessus literarij. Igitur ne offensam incurram, et  
necessarijs destitutus subsidij, consultius nihil esse duxi, quam S.<sup>ae</sup> V.<sup>ae</sup> cuncta transnitere.  
noveris Illa quam optime, quid agendum sit, quod ad Comendationem Societatis, Provinciae, Univer-  
sitaris, et Collegij nostri quam optime conducat. Corrigeat, omittat, addat, utunque plauerit, et in  
idroma germanicum vesta typis vel Ipsamet vulget, vel vulgari, aut novellis inferi curet.  
unum duntaxat alterumve exemplar Typi mihi exorarem. Si res patiatur, rogarem etiam,  
ut S.<sup>ae</sup> V.<sup>ae</sup> hac de re comurices cum Grat. D<sup>ni</sup> de Spreys eique meo nomine pater semississimam  
mei comendatione fasciculum, hiscè coniunctū, legendum offerat; item Grat. D<sup>ni</sup> Du Val;  
illi quidem tanquam singulari Fautori meo, et estimatori rerū eiusmodi, isti vero etiam  
Mocenati Petri Anich. forsan alteruter aut uterq. consilium aut subsidium fereb. Si videatur  
consultum, Comissioni aulicae Studiorū legendū offerre, aut alijs quibuscvis, forsan non displicebit.  
quo magis meretur Anichius posthumam famam, et quo magis amici, quibus hoc legenda dedi, ad  
unum omnes approbant, imo identidē opportune importune urgent, eo minus res ad optatū exitū  
hic loci a me deduci posse videtur. Quaserunt aliqui, ut novellis Augustanis aut Basiliensibus  
hoc argumentum suppedirent; sed ut extra ditiones austriacas pulsem alienas ianuas, aut omnino  
heterodoxas, indignum mihi videtur, et contra finem mihi prefixum. Plures alias percontare vias  
tempus non patitur; sic enim nobis cunctantibus interim gratia novitatis perit. Igitur opportunis



ad G. V. confugio, quo me ad hoc nutu suo provocasse videtur. Tanto viro tutus confido,  
acturum, quo sunt optima. et, si credas ita expedire, eternis tenebris et oblivionibus omnia  
libentissime sepeliam. Ego proxime responsum, neqz in S<sup>ma</sup> Sacrificia et offitimatissimos  
favores maxima qua par est veneratione comendo. Anjoniti 24. Nov. 1766

Reverentia Vestra

P. S. addidi in folio separato Supplementum pro lectoribus  
geometriae peritis, inferendum folio 8.<sup>vo</sup> et substituendum  
illis, quo in eodem folio 8.<sup>vo</sup> a verbis cum de Mapis usque  
ad verba Id ipsum cedo leguntur. alijs enim hominibus  
si Relatio de his legenda, Supplementum illud poterit omitti.

Si forsitan instrumentum mensorium Anichianum iam  
ab alio authore esset ita usurpatum, et preparatum eodem  
modo, oporteret mitigare, quo de eo, eiusque inventore  
Anichio scripsi.

Possent plura laude dignissima etiam de moribus Anichij  
scribere; sed quia ad rem literariam non pertinent, omittam  
vel alia opportunitate scribam.

Quaecunque de Anichio scripsi, iam sunt censura subiecta  
et approbata a 3 Censoribus a Superiore meo ad id con-  
stitutis.

Postquam hoc omnia iam scripseram, innotuit mihi subito,  
a Theatino quodam Monacho Anjonitum fuisse  
prescriptam epistolam, in qua haec verba legantur: Tam in eo est, ut  
Vita Petri Anichii idioma te germanico typis imprimatur  
cum imagine eius ori incisa. Quod G. V. celare nolui.

Infimus in Christo Servus  
Ign. Weinhard S. J.



4

Reverende in Christo Patri!

Quantas grates pro quantis gratijs debeo! Transmitto iam, quo de Petro Anich collegi. Spero suffectura. plura profecto non habeo, vel, si occurrerent interea, postquam epistolas ab eodem ad me in suis itineribus ad me intra sexennium datas excuspero, perscribam. certe vel non erant maioris momenti, vel erant eiusmodi, quo in medium afferri non poterant, partim ne alij offendantur, partim ob delicata nimis hodierna tempora, aliasque circumstantias. Si ut perscribere plaui, tam breve elogium nuper a me perscriptum plura iam continet in compendio, quam Saxonicum 12 philyrarum, illique insuper addatur, quod hodie mitto, brevitatis non erit nobis dedecori, Saxonibus autem inde non maior accrescet honos, quod dilatare phylacteria sua. Si forsitan displiceat, quo mihi, in 3 partes dividere (quarum 1<sup>a</sup> foret Relatio Historica nuper missa, 2<sup>a</sup> Scholia in verba Epitaphij, 3<sup>a</sup> Anichij habitus corporis et virtutes animi) quo tamen omnia complecteretur, poteris Q. V. me minime invito totum eius Elogium pro suo arbitrio in meliorem ordinem digerere, et in quamcunque formam transfundere. mihi enim occupationes, quibus nunc distineor, aliaque obstacula id non permittunt. Versio in Germanicum idioma si Vienna pariter fieret, consultius foret; nam delicatis et criticis auribus mea vernacula foret absorta, nec mea iam etas 62 annorum asue fieri primum poteris addiscendo alteri idiomati, quam patrio Tyrolensi.

Effigies Anichij unica est hic loci, in quam celebris pictor Hallerus ante septennium lineamenta Anichij coram ipso sedentis satylici imitatione transtulit. huiusce prototypi ectypum eidem proorsus simillimum ante 3 menses mihi D. L'abbé Marci; poteris Q. V. eundem etiam meo nomine rogare, ut tantisper illud pictori comodeat. In tota vicinia nostra nullus est sculpsor aut chalcographus; Vienna talibus abundabit. Effigies ab Augustanis ante biennium excusa pluribus scate defectibus: representat Anichium in maiori statura, et corpulentior, quam fuerit, et in vestitu rusticorum Bavaricorum vel Suevorum, non Tyrolensium. facies tamen non adeo abluvit, nisi quod sit iusto corpulentior, et oculi grandiusculi. Typum hunc hinc accludo. De effigie Anichiana in Bavaria excudenda alium iam filetur.

Professor ille, cuius nomen sub asterismo saltem in notis ponendum Q. V. necessarium indicat, nullus est alijs, quam egomet. Quotiescunque igitur nomen Professoris in triplici



illo scripto legendum venit, aliis non est intelligendus. meo omnia fideli testimonio flant. ego omnium sum oculatus testis, et prope actor. Solus ego fui Anichij in primis funda-  
mentis instructor, Consiliarius, Director, Quaestor, et Procurator generalis; nec in terra  
habuit, cui plus debueris, plus confideris, plus comiseris, plus amoris et obsequij exhibueris.  
Quo non obstante in ijs quo prestitis, longe plus debes tibi, talentis tuis, et indu-  
stria propria, quam mihi. Dedi illi prima elementa, consilia, directionē; sed ille longe  
hoc omnia supergressus, semet plura docuit, quam a me didicit. Interim meum nomen  
si opus fuerit per transeam semel significasse pro testimonio, sufficit. aut si etiā necessariū  
foret, commemorare quā brevissime, me in hujate universitate esse in 25.<sup>o</sup> annū Professorē Ma-  
theseos, et in 16.<sup>o</sup> Professorē Experimentalium Physico-mechanicorū, ab annis 16 adornasse  
museum experimentale, à supremo Gubernio constitutū Anichij Directorē ultimo sexennio in  
negotio metiendū Tyrolin; non reluctabor; sed ne minimum quidem laudis inferatur,  
finire protestor. si autē necesse non sit hoc vel minimū addingere, poterunt tuto omitti.  
Rationes, cur laudari s. minimū noli, habeo graves, nec velim per meam laudē obscurari honorē  
Anichij. Si autem ex alijs fontibus honorificum quodpiam universitati et Studio hujati  
inveniat, quo minus id Elogio inferatur, contrarius esse nec velim, nec possim. Ludovici  
Cosebudenfis elogium supersus, nisi comoda opportunitate mihi et remitti possit, non de-  
sidero, ob molestias utrinque creandas. Superest, ut Q. V. propter iteratas easq. <sup>amplius</sup> gratias  
deberam preces semississimas, ea, quae prudentissima mente decrevit, executioni dare di-  
gnetur quantocius, sibi quae et hoc negotiū et memet habere quam commendatissimū  
cum in assinatissimos favores tuos in B. Sacrificia. Eniponti 15. Dec. 1766

Reverentia vestra

P. S. nota et tituli marginales, quos adicee destinaveram, temporis et chartae angustijs exclu-  
debantur; nolebam enim onerare Rossam. possunt facile suppleri a Q. V. uti et emendari defectus sa-  
linitatis. Quocumque mihi scripta, in omni eventū pro typo iam sunt in usu Recloris a 3 Censoribus no-  
stre Societatis approbata. Si Q. V. gratū foret, possem etiam videre geminas inscriptiones, alterā stylo  
lapidari, alterā Rhythmo Teutonico, quae in usu Gubernij in Museo publice affixae prostant prope effigie  
Anichij sunt elogia non indecora. expecto nuntium. Id vero valde cuperem, ut fieret per honorificā mentio  
in ipso typo de Bluffi D. de Spargis, parti quia ille potissimum momentū attulit ad hoc, ut Aug.<sup>ma</sup> Anichio  
demandaret dimensionē Tyroleos; cum enim Anichij proponerē, Aug.<sup>ma</sup> consuluit et secuta est suadentē  
de Spargiū; parti quia ab eodē et hoc negotiū et plurima alia nostra dependant, utinā in omnib. finere  
faveret. Itē de D. L. Abbe Marci, quia hic libellū meū supplicē pro pensione Anichij obtulit, Aug.<sup>ma</sup>  
eamq. et plura alia (inter quae et numisma honorariū aureū, quod ipse eius humeris solēnter inieci) im-  
petavit. Itē de D. du Val, qui Anichio indigebat per me mihi 5. aureos

Infirmus et obstrictus in Pro Servo  
Ign. Weinhard S. J.



Reverende in Chrō Patre:

Non expecto, sed prevenio nutum, quem animo posumo, dum et Inscriptiones illas, de quibus nuper memora-  
vi, et alia quodā ad Anichij pertinentia, quae nuper vel memoria vel charta non cepit, nunc conscripta  
hiscē accludo, tantum ut tempus tueremur pro typo. Relinquo arbitrio Q. V. quoniam ex illis, quae  
hic leges, velis inferere aut annexare prioribus, quoniam omidere. Quae autem memoratu digna indicaveris,  
poterunt vel simul ad finē subnecti, ita ut per asterismos aut Liberas ad suū quodlibet locū referri possint,  
vel posunt per partes, et seorsim singula debito ordine suo loco convenienti inferri, procedente pariter  
conveniente nexu. Si plura occurrunt, scribam proxime. Sed hoc sunt accessoria duntaxat:

maiores curam exigit Principale, ut hoc quam clarissime proponatur: appendix illa nova, ut  
ego quidem existimo, ab Anichio mensula geometrica addita pro metiendis montanis regionibus,  
et nova pro his praxis, quae tot parciū difficultatibus. Hoc enim forsitan inter potissimos erunt titulos,  
cur res Anichij Ephemeridibus apponantur (saltem post singularitatem extraordinariam, ut ita dicam,  
conditionis eius rustica) ut neque hoc inventio vulgetur, et comunicetur cum Publico: vel saltem erit  
inter ea, quae memorari inter reliqua mereantur non ultimo loco. Nescio an in ijs, quae mihi ad Q. V.  
gatis explicuerim hoc instrumentum et praxin. certe mihi nesci suspectus videor de sufficienti claritate.  
Si rite qui perceptus, Q. V. haud difficile accides, unam alteramve figurā, quae forsitan legentibus  
ad faciliorem captum erit necessaria, dictare cyro insulgendā. Sin autem, oporteret me hic loci  
delineationes illarum procurare: quod adeo mihi facile non foret. Hinc mihi liceat, paucis de  
exponere, quomodo Regula illa circa centrum in axe mensula mobilis, in qua tota res consistit  
(nam mensula ista est ordinaria) <sup>ita constructa, est hoc modo:</sup> debeat esse constituta. Ex ea parte, quae respicit regionē metiendā,  
sive remotiore ab oculo geometra observantis, Regula est nonnihil longior, et in medio pertusa,  
habetque per mediam longitudinem spatij excipi filum tensum. in extremitate vero est dioptra  
proalta, pariter pertusa cum filo tenso, quae verticaliter erigi possit et iterum horizontaliter demitti  
(in dnu dixerunt). In altera autem regule parte, quae observanti est vicina, sit dioptra pariter alta  
verticalis, sed mobilis per modum cursoris, ita ut basis huius dioptrae intra renas, quae utrumque  
marginem Regulae terminet (Zeijfhu Zwañ außgnstiletz Nüß) pro arbitrio promoveri possit propius  
versus centrum, vel iterum ad extremitatem mensulae retrahi. Retracta servit pro observandis illis  
obiectis, quae vel sunt in Plano horizontali, vel saltem non admodum altum aut profundum  
habent situm respectu observantis. Si vero hoc dioptra promoveretur versus centrū, hocjso poteris,  
manente semper totius mensulae horizontali situ, per hanc dioptrā prope centrū positā, et per alterā  
horizontalē (sive filum in medietate regule extensum) collimari deorsum ad quovis obiecta in  
valle sita, vel visum potest Geometra oculo infra situm horizontalem mensula posito, in valle  
sursum collimare per filum et per dioptrā centro propinquā, si velis per hanc praxin in gemina successive  
statione adhibendā determinare pro ichnographia punctū, in quod perpendicularis ex montis vertice  
inideret. Nescio ad hunc usum etiam aliud Instrumentum dictare (et nunc conficitur mihi) quod evitat proaltas  
dioptras. sed illud non invenit Anichius: nec est tam simplex, nec tam parabile. sed illud iam non moror, cum aga-  
tur de Anichiano. Rogo, si opus foret, ut mittere quandā delineationē figurarū, Q. V. dignetur me mature monere. avidus ex-  
pecto responsū. Commendo me demissione. Q. V.



